



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 35. Papa Angliæ Reginam anathemate percellere tergiversatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. cæus a Cosma magno Etruriæ Duce,
 A.C. 1563. & Eleonora Toletana progenitus.

§. XXXV.

*Papa Angliæ Reginam anathemate
 percellere tergiversatus.*

Raynald.

num. 15.

Sanderus

hist. crism.

Angl. lib. 3.

Quamvis Catholica Religio regnante
 Elifabetha nondum aperte in An-
 glia impugnaretur, ægre tamen fere-
 bat Pontifex, quod vera fides ibidem
 non prævaleret: unde quorundam opi-
 nio eo abibat, Reginam anathemati,
 ejus vero Regnum interdicto esse sub-
 jiciendum: interim alii magis mode-
 rati hoc consilium reprobabant, expo-
 nentes, quod hac severitate cuncta fus,
 deque verterentur, atque ipsa Regina
 eo incitaretur, ut contra Catholicos ra-
 biam suam palam exereret. Horum
 consilia secutus est Pontifex, atque ad
 ejus preces Ferdinandus Imperator da-
 tis literis Elifabetham rogabat, quate-
 nus Catholicos Præsules, quos carceri-
 bus detentos affligebat, mitius habe-
 ret, atque tam severum edictum, quod
 adversus Catholicæ Doctrinæ assecclas
 promulgaverat, revocare vellet.

Ad hæc literas Elifabetha respon-
 dit, quod hæc monita reverenter ex-
 cipiatur, atque ad Cæsaris preces atten-
 tum habere velit animum: eapropter
 Ferdinandus denuo ad eandem rescri-
 ptis

psit pro responso tam propitio grates Sæcul. XVI.
A. C. 1563.
repenfurus: data est ejus epiftola die
vigefima quarta Septembris: verum Re-
gina hafce Cæfaris literas flocci ha-
buiſſe videtur; quippe firmiter inſiſtere
decreverat articulis Synodi Londinenſis
anno priori milleſimo quingentefimo
ſexageſimo ſecundo celebratæ, quam
etiam Anno poſt Chriſtum natum mil-
leſimo quingentefimo ſeptuageſimo pri-
mo confirmari juſſit.

§. XXXVI.

*Articuli Londinenſis Concilii ſub Eli-
ſabetha.*

Hi articuli numero erant triginta no-
vem, ex quibus præcipuos ſubjici-
mus: porro eorum primi quinque ni-
hil a fide Catholica diſcrepant, ſextus
tamen omnes ſacræ Scripturæ libros in
Hebræorum Canone non contentos tan-
quam apocryphos rejicit, ut Canonicos
autem admittit omnes novi Teſtamenti
libros. In decimo articulo adſtruitur,
quod poſt Adæ peccatum homo non
poſſit ſe diſponere ad fidem, nec quid
Deo acceptum operari abſque gratiæ
auxilio. In undecimo juſtificatio ſoli
fidei adſcribitur, quamvis in articulo
duodecimo admittatur, quod piæ actio-
nes Deo gratæ ſint neceſſarii fidei effe-
ctus, ac confeſiones: mox vero in ar-